



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Symmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Crimen incendiarij voluntariè commussum mortale est, & ciuili poëna  
mulctandum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

dacis nostris. Et huic modo propinquus est septimus, quando adiungunt apocrypha seu incerta. Mirum est enim quod homini incerta habeant à Deo virtutem, & certa non. Et rursus quod sanctis viris quibus Deus credidit secreta sapiëntiæ suæ & virtutem potentiæ suæ in miraculis & sacramentis, & curam animarum, quibus promittitur notitiam omnis veritatis, secretas has sacrorum virtutes negauerit, & vetulis ac personis qualibuscunque hæc communicauerit. Vnde homini incerta sunt saltem vt suspecta cauenda. Et si non vis falli, nulli in materia incantationum credas: quia impossibile videtur vt non interueniat aliqua superstitio saltem in modo dicendi: puta dicere Pater noster ad aures equi. hoc enim superstitiosum constat esse, & sic de aliis.

*Crimen incendiarij voluntariè commissum mortale est, & civili  
pœna multandum.*

**I**ncendiarius (hoc est malo animo comburens) manifestum damnum infert, & periculo reliqua exponit. Vnde à crimine maximo non excusatur si ex intentione facit. Si verò præter intentionem ex negligentia, iuxta modum negligentiae reus est apud Deum. Quod si absque omni ipsius culpa contingat ab eo incendium processisse, nullum peccatum est: sicut absque culpa tempore statuto communiter incenduntur campi in fine Augusti, vel &c. iuxta patriarum consuetudines diuersas. Sunt autem incendiarij excommunicandi. Et si denunciati fuerint excommunicati, non possunt nisi ab Apostolica sede absolui: vt habetur extrà de sent. excom.

*Coitus carnalis inter consanguineos  
commissus damnabili est, quia*

*natur-*